

f. 6r. Passio sancti Kanuti regis et martiris.

f. 6v. Gloriosissimi martiris Christi, regis Kanuti, vitam et passionem posterorum¹ memorie reservandas apicibus contradere Christo ad laudem, militi suo et martiri ad honorem, nobis posterisque ad salutem pariter et edificacionem in nomine Domini temptabo breviter aggredi. Opus quidem mee impar scientie: Puteus enim altus est, et in quo hauriam non habeo². Verum in ipsius gracia confisus, qui dixit: Accedat homo ad cor altum et exaltabitur, Deus³, et iterum: Aperi⁴ os tuum, et ego adimplebo illud, narrabo gesta principis religiosi, athlete Christi, Domino sensus mei labia et oris dirigente eloquia, ut sic militis eius efferam preconia, quatenus⁵ maiestati eius tractem complacita.

1. Beatus itaque Kanutus regali ex prosapia oriundus nomen a suo contraxit avunculo magno Kanuto⁶, videlicet rege Danorum victoriosissimo, qui cum beato rege Olavo Norwegiensium continuum bellum⁷ habuit, sed victor Kanutus tria regna optinuit Danorum, Norwegiensium et Anglorum. Qui tandem viam universe carnis ingressus est, cuius corpus reconditum insigni lapideo tabulatu⁸ reclusum est. Huius prefati regis soror nomine Estrit Sueonum duci⁹ inclito Wulff¹⁰ nomine maritata filium ex eo suscepit generosissimum Swenonem nomine, patrem videlicet beati athlete Christi Kanuti, cuius hodie festum celebramus. Hic¹¹ autem Sweno in patrum suorum sede cor-

1) 'posterum' Hs. 2) Joh. 4, 11: 'Neque in quo haurias habes, et puteus altus est'. 3) Ps. 63, 7. 8: 'Accedet homo — — Deus'. 4) Ps. 80, 11; diesen Spruch zitiert auch Ailn. cap. V, dessen weiteren Sätzen das Folgende bis 'complacita', mit Erweiterungen, wörtlich entlehnt ist. 5) 'qtñs' Hs. stets. 6) Diese Angabe habe ich sonst nirgends gefunden, es ist wohl auch nicht viel darauf zu geben. 7) Adam II, 55: 'Inter Chnut et Olaph regem Nortmannorum continuum bellum fuit nec cessavit omnibus diebus vitae eorum'; vgl. ebda. II, 71 Schluss. Ann. Lundenses 1024, SS. XXIX, 202, l. 9 sqq.; 1039, l. 29, welche letztere Stelle Adam II, 71 Schluss verkürzt wiedergibt und nicht die Vorlage für den obigen Text gewesen sein könnte. 8) Knud der Grosse ist im alten Münster zu Winchester begraben. Die Stelle ist entweder eine nichtssagende Phrase des Verf. (Ailn. hat öfters die Worte 'insigni lapideo tabulatu', z. B. S. 89, l. 12; 129, l. 17/18) oder ein weiterer Beweis für seine englischen Beziehungen und Kenntnisse. 9) Adam II, 52 nennt Knuds des Grossen Schwester Margarete und ihren Gemahl Wolf einen 'dux Angliae', doch wird er anderswo gleichfalls als Schwede bezeichnet; vgl. Saxo Gramm. ed. Müller und Velschow II, Notae ubiores, p. 313. 10) 'Wulff. Ulf.' Hs. 11) Vgl. Adam III, 11, aus dem besonders folgender Satz wörtlich benutzt ist: